fusitate machinentur: alios: qui se tibi in certamē opponāt. quā tibi mānus imotescant: uerum tanquam ex infiduis in te singuli iaculentur. Proinde animaduerte quale sit illud. Virum usq; adeo barbatum & cano capite exantina ri: nūquid boni nouerit. Eſſe qui non iſſe putent: eſſe qui minime. Superior interim etatis tuae conditio ante aetateq; omnis uite ratio perpeditur: ac curioſe perquiritur. Et ſi forte quis plam: uel Cūris: ob inuidiam: uel Vicinus: mānia quaq; de cauſatib; infestus: interrogatus, te uel Adulterū uel Puerarium appelleſt. Hoc illud qd' proverbio dicitur ſolet. Ex Ionis tabulis teſtis. Quod ſi uno omnium praeconio commendatus fueris, ſuſpecti, ambigui. & pecunia corrupti uidebūtur. Itaq; multa tibi ſeliciter cedat oportet: ut nihil omnino aduerſetur, hæc enim ſola ratione euincere poteris. Age uero ſis Fortune maioris nūtu omnia cōfēcutus Ipſe enim: ac honoratissimi quicq; Amicorum ſermones thos approbauerunt: neq; illi cōtrareſte terint, quorum conſilio: & auſtoritati plurimum Herus acquiescit. Vxoretiam affentitur, neq; quidem ille: qui rerum agendarum Arbitr̄ eſt: neq; ille. cui domus cura credata eſt, tibi quicq; contradicunt. neq; eſt quiſquā qui uitam tuam iſtūlare auſtit: qui ſacra: omnia tibi proſpera: & undecunq; commoda atq; dextera pollentur. Vicisti o Beate: Olympia coronatus eſt. Inimo uero Babylonem expugnasti: uel Sardorum arcem euertisti. Erit preſto tibi Amaltheæ Cornu. gallinaceum lac emulgebis. Par uero eſt aut protantis laboribus maxima dona conſequaris: ne corona tantum frondea redimis: tu exultes: atq; etiam præmii tibi haud quaq; aspernabis

le desti uandum idq; quum usus postularit citra molestiam  
 largiendum malius insuper honos supra reliquum gregem  
 constituendus. Illorum uero laborum, et luti, et excusione  
 num, et excubiarum impetranda uacatio: ut illud deniq; s  
 quod in uotis omnium est, extensis pedibus tandem accue  
 bare possis, atq; ea tautum facere: quorum causa fueris ini  
 tio admissus, stipendioq; conductus. Sic enim o Timocles  
 fuerat faciundum, nullumq; fuisset malum adeo graue cas  
 ptuum collum in quo tam leui, tamq; habili submittere, et  
 quod maximum est ex auro conflato: sed multum abest, im  
 mo plurimum, quum innumera sint intolerabilie: qua libe  
 ro homini in huiusmodi contubernijs accidenti. Obseruo ne  
 ro: ubi audiatis: ipsomet perpendas, an quispiam ea ferre  
 possit: qui uel maximum in ingenua aliqua disciplina uerfa  
 tus fuerit. Ordinar itaq; si placet a prima ex tua: quod con  
 gratulam uidebit futurae hospitalitatis initium esse coenam.  
 Seatim igitur ecce accessitum te uenerit. Seruus aliquis non  
 inaffabilis quem: prius opus est tibi favorabilem reddas,  
 immittens in eius manum, ne inuincitus esse uidearis.  
 drachmas ad minimum quinque. Ille uero, quum intra se nre  
 hil magis cupiat, recusando: absit, inquietat te ne ego qd  
 non herodescet. deum acquiescerit, mox abiens te affatim des  
 ridebit. Tu uero ueste nitida comparata, tecq; uenuste cor  
 ponens: lotus progrederis: sed contabundus; ueritus: ne  
 alios praeuenias: importunum enim hoc: ut etiam ultimum  
 aduenisse incommodum est. Obseruata igitur temporis  
 opportunitate peruenisti: suscepereuntq; te satis honorifice:  
 aliquisq; te ductans paulo supra iuxta dinitate collocauit. cu  
 duobus uel circiter amicis antiquioribus. Tu uero equum ac

si ad domum Iouis accesseris admiraris omnia; suspenso  
animo quicquid si fiat obstupescens. Exterua siquidem, &  
incognita tibi singula uidentur. Seruitia uero in te respic-  
tuerunt, ac astantium unusquisque: quid agas: obseruat. Neq;  
uero diues incuriosus est te super: sed aliquibus ex famulis  
præcepit aduertant quoniam pacto uel ad pueros: uel ad  
uxorem: & si frequenter ex obliquo respicias. Reliqui uero  
eontinue attonitum spectantes fatuitatem hanc ex impe-  
ritia causantur: conjecturā ex hoc facientes: te nunquam ante  
apud alium quempiam ecclasse, nouamq; esse mappam,  
quaetibi sit apposita. euenit uero ut pre consiliū inopia sua  
dare cogaris: quippe qui neq; sitiens poculum petere au-  
des, ueritus ne temuletus quispiam esse uidearis: neq; qua-  
multa uariag; obsonia ordine quodam instructa sint, ad  
quodnam prius: aut posterius manum iniicias noris: quare  
quid proximior faciat aspiciendum est tibi, ut imiteris illū:  
ab eoque discas; que nam fit eduliorum sequela. Ceteruado-  
rius: & formidine quoddam plenus animum, hæfitas, ob-  
unumquodque eorum: que fieri nides: obstupescens. Ac deni-  
tem quidem hunc nonnūquam beatum iudicas propter aurum  
eburq; & huinsmodi delicias: nonnunquam uero remet ipsum  
miserum: ac erummosum asseris: qui quum nihil sis, tamen  
uiuere te existimes, aliquando uero illud quoque subit: expes-  
tendam te: atque beatam quandam uitam uiuere. quid delicijs  
illis omnibus fruare: parique cum illis portione sis in parti-  
cipatum admissus: putasque Bacchanalia te semper epidas-  
turum. Quinetiam formosi pueri tibi ministrandis clancu-  
lum arridentes iucundius futurum hospicium spōndent  
ut prorsus illud Homericum assidue iactes.

## IUCIANVS

Haud equidem inuidia est Teucros: graiosq; feroceſ.

Multa: pati: & tantos demum perferre labores: ut talē tāc tamq; beatitudinem aſſequatur. Ab hoc libationes illæ ſuccedunt, quibus uicissim alter alterum ad potum inuitat: hic ubi quiſpiam iugētem ſcyphum popoſcerit tibi propindauit magiſtrum, uel aliquid huimodū dicens. Tu autem poculum capiens, quid responderet te oporteat, ignoras, & propter imperitiam deprebenſus es hiſ mensis nunquam aſſeuifſe ac perinde rusticatatis notam euēſtigio ſubiſti. Interim illa propinatio ueterum amicorum inuidiam adueraſus te plurimam concitauit. At qui iam initio eorum quoſdam dolore affeceras ex diſcribitur: quia quum hadie uenerit prælatus hiſ uiris: qui multorum amicorum ſeruitutem hanc exantlarint. Statimq; inter ipſos de te ferro talis ori- tur. Hoc nobis reliquum erat, præter alia muſera, quæ tulimus, ut ijs etiam: qui nuper in domum admittuntur: poſt habere m̄ur. Atq; hiſ tantum Græcis patebit Romana ciui- tas. Et quid nam illud eſt, cur nos antecellere uelint? nunc quid eo quod in opta quedam uerbula fabulentur magniſ quidam præſtare ſe arbitrentur. Alius uero ſuſcepit non ſane uidisti quantum iſ epotarit: quoq; pacto cibos appofia- toſ corripuerit: & qd audie denorauerit homo modeſtia. tuus exp̄r̄s, & famelicosus: qui pane candido, nec per ſom- num quidem ſatiari potuit, nedum Numidica, atq; Phasia, na altili: quarūquix oſſa nobis dereligit. Tertius uero gſpid. o ſtolidi inquit, quinq; neq; uero itegros dies opperiamur illum uidebimus hec eadem execrantem. huic apud nos in ordinem redigi. Nam nunc ueluti nauि calciabitur in- pretio: & diligēter cuſtoditur: quum uero ſepiuſ attritus,

de ceno contaminatus fuerit subter lectulum negligenter  
abicietur cimibus perinde ac nos oppletus. Talia quidē  
illi complurima contorquent aduersus te. & ex eo iam eos  
rum aliqui ad calumnias preparantur, totumq; symposiū  
decaūq; tuum est atq; de te bona sermonum pars. Tu uero  
conuiuijs huiusmodi nihil quicq; assuetus. uino suauis austere  
roq; plasq; satis esset epoto, uentre diu distento grauerit  
habes. neq; ante alios surgere tibi decorum est, neq; mane  
re tutum, tracta longius compotatiōe. Dumq; interim ser-  
mones sermonibus annexuntur, & spectacula spectaculis  
adjucentur (omnia enim sua tibi ostentare hult) torment  
tū haud parum pateris: ut neq; quid fiat aspicias, neq; qd  
quispiam canat, aut quid speciosus Adolescentulus citha-  
ra modulet, audias: sed ea tamen cogeris approbare prece-  
risq; ut uel ea omnia terrēmotu corruant, uel incendium  
aliquod obnuncietur, ut aliquādo conuiuum dissoluatur.  
Prima quidem hæc o Amice & suauissima illa cœna est, nō  
equidem mihi Thymo, & albo sale suauior: qui, & quando  
& quatenus libet libere uescor. Ut uero scintillationē  
illam acidam, quæ subinde sequitur: prætermittam, & no-  
sturnum uomitum, oportebit uos mane de mercede conue-  
nire: quantum: & quo anni tempore accipiendum sit. duos  
bus igitur, uel tribus amicis adsistētibus accerfit te: quem  
abi sedere iusserit, incepitat dicere. Nostra quidem qualia  
nam sint iam aspexisti, utq; nulla prorsus superbia, uerum  
ex aequo omnia procedant: citra fastum & ostentationem  
tragicam: sed pedestria propemodum omnia, & plebed.  
Ita uero tibi persuadeas uelim. omnia nobis communia fos-  
re: ridiculum enim esset, nisi te pariter facultatum etiam

aliorum dominion arbitrarer, quem omnium carissimum  
 istinum quippe meum, uel filiorum si filii fuerint institue-  
 di, cur et uae crediderim, & precipue commendarim. Sed  
 nostra merces aliqua praescribenda. Licet uero mores & co-  
 sentiam tuam uideam: intelligamus te, non spe lucri huc  
 venisse: sed aliorum querendane ratione: benevolentiae. s. & ho-  
 noris: que tibi ab omnibus prestabuntur, tamen aliquid  
 prescribatur, atque ipsomet quid uelis dicas: orum etiam  
 memori odrissimum quenos infestis solemnibus erogare de-  
 cernereq; enim nullam illorum circum habebimus: tamen fi-  
 nis sup illis minime passum amur. plexusq; uero: uti nosti,  
 itato anno eueniunt occasiones huiusmodi: quarum aliqua  
 ratione habita: castigationem nobis mercedem mutuas.  
 Praterea connent eruditis, sicut es tu, pecunie imperare.  
 Ininde locutus totum temultipli spe concusso sibiq;  
 manifestum: atque tractabilem efficit. Tu uero: qui talenta  
 alium: & Myriadas in somnio conooperas: quintiam agros  
 integros: atque familias tecum iam eius persimoniā: & sors  
 des paulatim intelligis: & tamen pollicitationibus adbla-  
 diris: illudq; omnino nobis communia: firmum: ratum: ues-  
 sumq; futurum existimas: ignarus quod dicta eiusmodi.  
 Labra humectarunt at non tetigere palatum, praeuerecū-  
 dia demum rei summam in eius arbitratu collacas. Is uero  
 ut qui se dicturum neget, alicui ex astantibus iubet, ut rei  
 se arbitrum exhibeat: idq; dicat: quod namq; sibi gravis sit  
 alijs quoq; sumptibus magis necessarij: implicito: negq; ne  
 mis exiguum & illiberale accepturo. Erit uero is arbiter  
 cui quispiam crudelis senectas: qui ab infantia apud eum adie-

## DE AVLICORVM ERVMNIS. 116

bationis ergo commixerit: Atq; is. Tu inquit: qui contineant  
qui arbem incolunt, fortunatissimum te esse profitearis  
nunq; inficiaberis: cui primum id obtigerit: quod multos  
rum uoto expetitum: si eveniat: satis sibi factum o fortuna  
uideatur: tali quippe dignari consuetudine: in eorum lar-  
rum participatum admittit: & in primam eorum domum:  
qua principatum in urbe possident: suscepit esse. Hec si  
sapit: & cresci talentis: & Mide opulenta præstantiora  
esse cognoscas. Nisi uero plerosq;: uel opinatis simos hor-  
mores optasse: uel si etiam id precio conducendam esset: fo-  
liis fame gratia in familiaritatem istius recipi: spectariq;  
in eorum numero: qui uel huic comites: uel amici sent: neq;  
mibi satis in promptu est: quibus uerbis te ob felicitatem  
huinsmodi beatum dicam: qui, prater hanc beatitudinem  
mercedem sis insuper accepturus. Tantum igitur suffe-  
cturum iudico: nisi omnino improbus es, dicens aliquid  
minimum: præsertim ad spes illas tuas, & tamen acqui-  
scere necessum est: nulla siquidem effugiendi facultas te-  
bi iam reliqua uidetur: qui sis iam retribus implicatus.  
Frenum itaq; oculis ad terram deiecit admittis: teq; illi  
primo tractabilem præstas: quippe qui non ualde an-  
gat neq; ualde stimulum affigat: longe nescias ad arbitrio  
riam eius assuetudinem sis prorsus accommodatus. Homi-  
nes uero, qui foris manent: suspiciunt te: & beatum pu-  
tant quem intra cancellos uersari iudent, ingrediq; ne-  
mine prohibente, in eorumq; numero cooptatum, qui  
sunt ualde intimi. Tu uero non dum aduertis, qua de-  
causa beatus illis esse uidearis: ueruntamen: & gau-

## LVCIANVS

des: Et temetipsum decipis: que uero succedent meliora fo  
re semper existimas. uerum secus accidit q̄s sperabas. Et  
sit in proverbio est, Mandrabuli de more res succedit quā  
in singulos dies res: ut ita dicam tibi sit minor, tuq; in pe  
tuis retrocedas. Paulatim igitur quēadmodum sub incerta  
luce. primo statim obtutu discernere incipis aureas spes ille  
las nihil aliud fuisse q̄b inauratas bullas, labores uero  
graues; manifestos. Et inevitabiles: et assiduos tibi sens  
per esse. Qui sunt isti labores: dicit aliquis. Non equidem  
video, quid nam adeo laboriosum in his hospitijs habeas  
tur: neq; quidem discerno: que tu erummoſa dixeras. Et  
intolerabilia. Audies igitur generose vir, non solum discu  
tiens: siquid inest laboris: sed etiam siquid turpitudinis.  
humilitatis: et seruitutis. hoc uel maxime agens. Illudq;  
primum memineris ex eo tempore te neq; ingenuum neq;  
nobilem censeri possem oueris enim omnia haec: genus li  
bertatem: mdores extra limen amittere. posteaq; in huc  
insmodi seruitutē temetipso renundato cōmigrasti. inge  
nitas fūdēteū ingredi minime patietur, qui ad abiecas  
adeo: tamq; obsoleta negotia ingrediaris. Seruus igitur  
Et si nomen hoc graniter feras. Et non unius tantum ues  
trum etiam plurium eris necessario seruus, Et ob stipa cas  
pitē seruile opus exercebis a diliculo ad uesperā usq; mer  
cede hanc quāq; digna. Quoniam uero in ea seruitute nō  
fueris a pueritia nutritus. Et coalitus, sero uero didiccris  
Et grandiore iam etate in ea ceperis crudiri, non alicui  
ius erit existimationis. neq; magni te faciet Dominus.  
Corodit uero te libertatis recordatio: que surrepit clancu  
lum. Teq; resiliere nonnumq; facit, Et hac præcipue de eas

si non sine iactura pedem a seruitute ratraheret. Nisi fors  
 te satis ex eo tibi factum: quantum pertinet ad libertatem.  
 indicas. quod neq; Pyrrhi et neq; Topyrionis filius habeas  
 vis neq; tanq; Bithinus quispiam clamosus p̄econe ues  
 num expositus. Sed quando bone uir: instantे nouilunio:  
 Et Pyrrhi et Topyrioni aggregatus manum porrigit:  
 perinde ac ipsi serui: capi sq; illud: quodcunq; est. quod cro  
 gatur: hec ipsa uenditio est: neq; enim p̄econe opus est  
 homini. qui suum ip̄ius p̄econū sit, diuq; sibi dominam  
 exquifierit. Preterea: o piacularē sc̄tus: ad eum enim pre  
 cipue loquar qui philosophari se profitetur: si quis tenet  
 niggantem uel Pirata: uel Praedo cepisset, alienassetq; nū  
 quid tuas ipsius misericordia lamēkareris: quod ifortunum  
 illud indigne tibi euemisse ferres impatienter. Aut si quis  
 te captum abigat: seruum te suum dicens clamet o leges:  
 Et grauerit ferax: Et uehementer excrucieris: Et o terra:  
 o dei imago clamore uocifereris. At qui temetipsum pau  
 pis abolis: in hac ætate: in qua: etiam si natura seruis ha  
 bereris: par esset, ut iam ad libertatem respiceres nuna  
 cū ipsa uirtute. Et sapientia uendidisti: neq; tantillum erube  
 scis tot illa dicta: quæ bonus ille Plato: uel Chrysippus  
 uel Aristoteles dicti: carmine soliti sunt: dum in disceptationis  
 bus libertatem impendio laudant: seruitutem uero uitus  
 perant: neq; aere cūdari inter assuntatores: circunforas  
 uos: scurras: et balatrones esse: Et q̄ in tanta Romanorum  
 frequentia solus in pallio peregrino conspiciaris: Et  
 in Ramona uocis pronuntiatione barbarus habearis: Coes  
 nat deniq; coenites tumultuosam multis hominibus incul  
 eatam: quorum aliquid collecticiū sint. pleriq; etiam flagi

## LVCIANVS

tiosi. Inter hostum in laudando nimis: ac importunus:  
et in bibendo immodicus es. Summo uero mane ad aeris  
strepitum excitatus suauissimam sumni partem interrum-  
pis: sursum: et deorsum una cum eo circumcurrentias: crue-  
ribus externo adhuc luto illitis. Vsq; adeo ne te lupino-  
rum, aut agrestium olerum penuria in angustum egit:  
defueruntq; tibi fontes aqua gelida manantes: ut adhuc  
inopia consiliū deuenires. Ceterum manifestum est te  
non aquæ non lupinorum egestate coactum. sed bellarios  
rum, et obsoniorum: et odoratioris uini cupiditate ille  
atum in captiuitate huiusmodi deuenisse: qui ueluti lupus  
piscis: ipsum non immerito tuo gutturi: quod hec appetes  
ret: transfixum habes. Ante pedes igitur tibi proposita  
sunt in gloriæ huiusmodi præmia: mercesq; non indigna.  
Ergo tanq; Simius sperale: ut fit: uel trunco cuiusdam alli-  
gatus, alijs quidem risum incutis: tibi uero in delicijs ha-  
beri uideris: propterea q; ubertim: et copiose caricis tibi  
nesci liceat, Libertas uero: et ingenuitas: simulq; tribus  
les, et necessarij penitus euauere: nullaq; eorum recorda-  
ratio superest. Sedenim tolerabile quidem foret: si turpis  
tudo tm hec rem huiusmodi comitaretur e libero uideri  
seruum: dummodo labores æqua cum seruis cōditione tui  
non essent, Verum age dispice an aquiora imperentur tis-  
bi, q; dromoni, et Tybio. Nam quarum disciplinarum fis-  
mulatione te conduxerat, eas parum curat ille: quid enī  
Asino cum lyra: nunquid non uides? Scilicet desiderio des-  
liquescunt sapientiæ illius Homericæ, uel quod Demosthe-  
ni uim, uel sublimen Platonis doctrinam affectet. Imma-  
uero, si quis uel aurum, uel argentum, aut studium in his

comparandis ex eorum animo demperserit: reliquum est tamen  
superbia, mollices, nequicia, incontinentia, contumelia;  
et inscrutatio: quapropter tui nullus huic usus est. Quod  
nec pro promissam habeas barbam: et uenerabili quoddam aspe-  
ctu gravitatem praeferas, græcoque sis decenter pallio  
adornatus, non suntque omnes te, uel Grammaticum, uel  
Ehætor, uel Philosophum, pulchrum illi uidetur, si res  
quis admiscearis, et huiusmodi quempiam habeat des-  
ductorem et antecambulonem: ut ex hoc græcarum die-  
sciplinarum amator: reliquaque omnis doctrine studior-  
sus esse iudicetur.

Quare uero cor o Generose Vir,  
ne pro admiracis dictis: quem professurus accesseras: sis  
denique propter barbam: et pallium eo salario cōductus.  
Proinde opus est: ut assidue cum eo conspiciaris: neque  
hominem unquam derelinquas: sed cum diluculo surr' exeris  
necessere est: ut te ipsum in famulari officio spectaculam præ-  
beas: neque locum qui tibi constitutus est unquam deseras. Is  
uero non nunquam tibi manum imponens: de quacunquam re,  
ut tunc in buccam uenerit: tecum uagabitur et quippe ut  
ostentet obuijs: quod neque cum in itinere progreditur: mis-  
farum uenit intermittat curam: sed quod interambulans  
dum dat ocij: id recte collocet. Tu uero miser non nunquam  
cursu nonnunquam ambulatione delassatus: sursum deorsum  
sumique per acclinia: atque declinia (sic enim urbs posita est)  
obambulans et exudasti et haneclasti plurimum. Mox  
dum ille ab amicorum quopiam: ad quem accesserit: ad  
missus intus fabulatur: tu interim ubi sedeas: nusquam has-  
bes locum: atque ita uolens noleus cogeris stan's librum:  
que per manus habes; lectitare. Inde ubi te impransum

## LVCIANVS

impotumq; nox deprehenderit, nocte ita intempesta laudas  
tus. uix equidem sub ipsam noctem medium, ad coenam ac  
cedis, non eo quidem modo uenerabilis, neq; ab astantibus  
circumspectatus: sed si quis alius a te nouicius magis aduc  
tarit, ipse deinceps in grem despiciatissimum: apud quos  
detrusus in angulum discumbas, testis tantum eorum que  
apponuntur ossa. si modo ea quoq; ad te usq; perlata fues  
rint, tanq; canis abrodens: uel ustulatum malum folium,  
quo relinquenda uolunt (si modo, qui superiori loco discus  
bunt, id ueluti neglectum dereliquerint) libeti animo pra  
fanie existans. Neq; tamen aliae quoq; absunt contumelia,  
nam neq; solus habes ouum: non enim est opera pre cium,  
ut tu semper pari condatione cum ijs, quia sunt hospites, et  
ignoti, tracteris, quod improbitati tibi daretur: neq; qui s  
olem utilis tibi apponitur, qualis alijs: sed Diuiti obesa pin  
guisq; tibi uero semel pullus, uel palumbus aliquis suba  
ridus, et exsiccus, quippe in uituperium, et opprobriu.  
Plerumq; uero alio quopiam de improviso superueniente,  
minister portionem tuam illi apponet, ita tacite submura  
murans. Tu quidem noster es. Quod si quando dissecetur  
in medio uel suile sumen, uel ceruus: aut opus est eum qui  
partitur propitium habeas, aut Promathei portionem.  
Ossa quidem pingui circumuelata reportes.

Illud uero, quod patina superiore loco posita tandem per  
maneat, donec is, qui superior est: satiatus fuerit, quum ue  
ro tibi apponitur, tam uelociter pretercurrat, cuiusdam ne  
uero libero tolerabile esse possit: uel si etiam is non maiori  
q; Ceruile preditus habeatur. Sed neq; adhuc illud at  
tigi: quod suauissimum, et actustissimum unum alijs pos

tantibus: tu solus malum aliquod & turbidum bibas: id ue  
re curas ut argento, uel auro tibi ministretur, ne cuiquam  
ex calore uini, quod tibi propinatur, despicibilis adeo cons  
uina esse deprehendaris. Atq; utinam ex illo quoq;, qualem  
cunq; sit: possis ad satietatem haurire. Puer siquidem sec  
pnumero requifitus nihil ad te respiciens se audisse diffi  
mulat. Multa ad haec sunt: quae te male habeant: innumer  
ra qz, & propemodum omnia: praesertim cum Cimodus ali  
quis tibi preponitur, maiori qz tu estimationi habitus: uel  
etiam saltationis institutor, uel qui sciat modos Ionicos lus  
bricare Alexandrinus homunculus. Age uero, quoniam  
pacto tu ijs qui amatoria id genus subministrant; quiq; tas  
bellas in finu gestitant, parem in coniujs locum affequi  
possis? Proinde in triclinij recessu aliquo, præq; ueretur  
dia: ut par est: abstrusus: temetipsum suspirando conficis:  
te deploras: fortunam incusas, quippe que ne minima qui  
dem lepiditatis guttula te uelit irrorare: illudq; præcipue  
exoptare uideris: ut amatoriarum modulationum auctor  
fieri possis: uel saltem ea que alij componant, decenter emo  
dulari, uides enim que sit in affequendis honoribus condic  
tio quidq; illud sit: quod aliquod tibi nomen sit allatum.  
Quin etiam illud sustinas: te uel Magnum: uel fatidicum  
finu uenerit, simulare: sed eorum more qui dimitias opim  
lentissimas, & principatus: & cumulatissimas opes pollis  
centur: quandoquidem hos in huiusmodi contubernijs be  
ne tractatos: multisq; dignitatibus honestatos uides, in ho  
rum quippe gregem recipere discupis, ne despicibilis, &  
innalis prorsus habearis. Sed enim o male fortunate: neq;  
quidem ad haec idoneus, aut aptus es. Proinde necesse eis

## LVCIANVS

portione franderis, dolorem tacitus feras, subsangultias  
et neglectui habitus excrucieris. Quod si forte Ser-  
vus quispiam susurro de te oblocutus fuerit: quod solus  
Hercæ puerulum uel saltantem: uel cithara sonantem mis-  
tum cominerdaueris: magnum ex ea re tibi imminet pe-  
riculum, qua propter necesse est te Rane terrestris instar  
fatiætem vociferari; ita ut inter laudatores alios ægregius  
habearis: idq; operam dare: ut omnino diuos excellas. Ptes  
runiq; uero taentibus alijs confingere laudem aliquam  
accurate ad modum excogitatam: et adulatione non exi-  
guam præferentem. Illud uero q; fame confessus; ac sis-  
ti etiam mehercle, unguento iniugaris, capitq; coros-  
nes, subrepere sensim risum facit; tunc enim similis habe-  
ris cippo cuiquam marcidi cadaueris libamina superflua  
de more gestanti: parentantibus enim mos est. ut unguen-  
tato cadauere, coronatoq; ipsi bibant: strictissq; coniua-  
niis discumbant. Si uero quispiam suspicio suscuerit,  
formosiq; assint pueri, uel iuuenis auctor, tuq; non oms-  
nino sis a uenere, et gratijs alienis, non nisi laboriose  
res succedet. Aures enim Oculi Regis plurimi sunt: ne  
q; tantum que uera sunt uident, uerunt etiam ulterius ad-  
dunt superpondio: ne dormitare uideantur. Oportet ita-  
q;: ut in Persarum coniuaq; fieri solet, oculis solo fixis  
accumberet te: qui uerear is, ne quis Eunuchus te deprehen-  
dat ad aliquam ex concubinis aspectantem. Alius in super-  
Eunuchus intento iandundat arcu illatus obseruat. ut ti-  
bi malas: quod ea quæ mitimelicit uspexeris. interbibens  
du sagitta træfigat. Postea uero quā surrexeris a discubi-  
tu paulli qd lectulo ac jecsis, mox sub gallicinū excitao-

tus: O me infelicem dicis. Et miserum, quas ego consuetudines amisi, quos socios, quam uitam ociosam quem somnum ex arbitrio dimisim: quod liberas, deambulationes et in quam uoraginem me met ipsum deturbavi, et cuius tandem rei gratia, o Dei. Numquid illa est splendida ac liberalis laborian remuneratio? namquid alia ego ratione longe pluribus non poteram indipisci: Et simul in libertate esse, et arbitrio meo omnia disponere? Nunc uero quod dici solet! Leolicio religatus sursum atque deorsum distractabor, quodquecum est miserrimum, neque quo pacto clarescere possum a deo: neque qua ratione gratiam inire deo aspicio. Horum suorum quidem morum ignarus prorsus. Et imperitus sum: praesertim ad id genus hominum comparatus, Qui tantum in rebus agendis uersati, eorum artem quandam proficentur, proinde inuicundus habeo: neque amplius in conuiniiorum affabilitate, comitateque delectabilis: neque tantillum quidem ciceris risum idoneus. Intelligo uero: quod molestus aliquando sim iufi, quum praeceps me ipso suauior, ac hilarior haberi uolo: namque illi tristis. Et odiosus uideor: neque demum habeo: qua ratione componar: ut illi non inuisus occurram. Nam, si scuerro quodam perseverent habitu, insuavis aestimor: Et propemodum evitandus, si uero risu quopiam exehilarer personamque ad iocundum admodum tenorem ac comodem: statim aspernatur. Et expuit: pariisque modotres mihi succedere uidetur, ac si Comediam quis agat Erasgicam personam induitus. Denique stultus quam aliam muli ipsi uitam uitudinem quando iam anteactam hanc in alterius gratiam uixi. Dumque interim haec

## LVCIANVS

teum differis. Tinctinabulum in sonuit: opusq; est ut ad ea  
domi officiare reuertaris: surgas, & inguen, & poplites ob-  
ungas, scutulis tantis excursionibus sufficere. Denum  
caena eudem est, & in eandem horam prorogata.

Atq; hec iniundi ratio priori uite contraria: & vigilie  
sudoresq;: & labores clanculum tibi: uel phthisin: uel pul-  
monis uiciam: uel cruciatus colicos, uel articular em mors-  
bum exerunt: nunc hoc: nunc illud intentantes. Obduras-  
tamen, & plerūq; lecto decubuisse cum necessum esset:  
neq; id quidem tibi conceditur, Quinimo iudicaris hoc  
morti pretextu: que tibi iniuncta sunt munia subterfuge-  
re: pallidus itaq; semper praeter omnes: & iamiam moris  
tuto similis haberis. Hact tibi domi accidentunt, Quid si  
peregre fuerit emundum ut reliqua dissimilem: caelo ples-  
runtq; pluvio. Qui ultimus aduenieris, hoc enim tibi sorte  
de obtigit: nihil opere opperiri: donec occupatis locis: non  
facta tibi conuectandi copia: uel coquo: uel Dominæ cons-  
ptori comes ad trudarisi: neq; est: qui uel arida tibi sarmen-  
ta substernat: que sufficient. Sed enim non pigebit: tie-  
bi recensere: q; milii Thesnopolis iste Stoicus, enarravit:  
accidisse sibi: ridiculum ualde: neq; quidem. Iouem testor  
praeter opinionem: quod etiam alteri cui pia accidere pos-  
sit. Hospitabatur is apud Matronam quādā in urbe opu-  
lentiam: delitijs omnibus affluentem: & preclaram admo-  
dum: cui quum aliquando usu uenisset: at peregre proficit  
scendum esset: hoc quidem primo risu dignissimum se pas-  
sum dixit. Cine dum s. quēdam sibi philosopho Viro con-  
nectandum esse datum: qui quidem haberet crura psilos-  
tro glabra: et barbam abrasam: quem illa alioquin: ut par-  
erat magni faciebat

erat, magnificiebat: quin etiā Cinedi nomen adiecit, Che  
lidonii cum nocari, Id uero, primo statim ingressu, q̄  
magnum tibi esse uideatur quēpiam fuso delibutū, eīt ocus  
los picturatos habentem: quiq; ultum acie lubrica lascivi  
ter moraret, ceruice fracta, ut nō equidem Hirundo: sed  
Vultur aliquis barbae pēnis auulsis uideretur: ac nisi muls  
tis præcibus is illum exorasset, flāmeum quoq; capiti infi  
dens gesturum fuisse: illum inquā a deo effeminatam affis  
dere in eadem rheda, seuero, eīt grādenu homini, eīt me  
tum cano: nosti enim q̄ promissam: quāq; grauem: eīt ues  
nerabilem barbam habeat Thesmopolis, Reliqua aero plu  
rima fuerunt que per omnem uiam iniucunda: eīt indi  
gna passus est: siue ille succineret: siue cicadae more gara  
niens obstreperet: q, nisi cum cohibuisset, forte etiam  
in uehiculo saltasset, Secundo uero loco tale quidam fis  
bi demandatum adiecit, Quippe cum Mulier eū comis  
pellasset, Thesmopoli inquit itate sospitent Del, operam  
mihi non parum gratam nauare uelis, neq; quicq; ade  
uersari meq; expectes: ut hoc impensius te rozem, Eo  
uero, uti decebat, omnia se facturum pollicente: tua, ins  
quit, opera mihi usui uenit. Quippe, quāte uideam pro  
bum esse uirum: eīt accuratum: eīt imprimis beniuos  
lum, Catellam obsecro: quam nosti: Myrrhinam in cut  
rū suscipias: eīt mihi afferues: cura adhibita: ne rei cuius  
piam indigeat: grauem enim fert uterum infelix: estq;  
uicina partui propemodum, Isti autem famuli execrabiles:  
eīt contumaces nullam non tantum eius, uerum neq;  
ipsius quidem mei curam gerunt: præfertim in itineris  
bus, Neq; uero paruo me beneficio demeruisse putas,



## LVCIANVS

si Catellam ipsam, quae maximæ mihi curæ est, meæ delitiae  
meum foliorum custodieris. Pollicitus est se facturum  
Thesmopolis tam multa supplicant, & propemodum las-  
erymanti. Res uero undecimq; ridicula fuit: Nam  
Catella in Pallijs sinum recepta, capite nō multo infra bar-  
bam exerto, sepiusq; micturiens, q; q; hoc Thesmopolis nō  
addebat, quum tenui uoce allatraret (huiusmodi enim  
sunt catuli Melitei, ab insula Illyrici sic appellati) barbarus  
etiam Philosophi circumlambebat, si quid præcipue iuris  
besterni illitum fuerat. Cinædus uero ille assessor  
non omnino illepide, nonnunq; in alios, Qui una secund  
in coniunctio discumbebant scurriliter illusit, denum uero  
in Thesmopolin canillum intorsit. de Thesmopolide unum  
inquiens habeo, quod referam, ipsum ex Stoico factum  
esse Cynicum, Catellam uero in Thesmopolidis Abolle  
peperisse intellexi. Ad hunc modum coniuctoris suis  
per lasciviam, uel potius per contumeliam illudunt,  
Paulatim eos mansuetos ad contumeliam assuefacentes.  
Non ego Rhetorem Carcharorium iussim in coniunctio de-  
clamare, non incrudite sane, sed & rotunde, & cum omo-  
nium applausu: dumq; illi interim potarent, laudabatur  
is, non ad aquæ mensuram, sed ad uini Amphoram ora-  
tione deducta: quod quidem opprobrium ob ducentas  
drachmas pertulisse ferebatur. Sed haec forte mediocria.  
Quod si Diues Poeticus fuerit, uel historie scribendæ stu-  
dio delectetur: dum is suas intercoenandum lucubrationes  
recitat, tunc maxime clamitando rumpi oportet, ut qui lan-  
des, & adulteris, & modis etiam in laudibus excellentio-  
res excogites. Sunt uero nonnulli, Qui de pulchritudine

commendari gestiunt, necesseq; est eos Adonidas uel Hia  
eyathos vocites, tam & si plerumq; nasum cubitalem ha-  
beant. Quod nisi tu quoq; collaudaueris, in Dionysij lapi-  
dinas recta deportaberis, ut qui illi & inuidas, & insi-  
dias intentes. Ad hæc sapientes, & Oratores eos haberi ne  
cessere est, siquid inargute, ac rustice dixerint. Sermones  
porro eorum Attica, & Hymetica suduitate refertos vide-  
ri: futurumq; in posterum, ut ea sit alijs loquendi norma.  
Cæterum, quod ad uiros attinet, ferre possis. Quid  
uero de Mulieribus dicemus: quarum nonnullæ eodem stu-  
dio trahuntur, ut Literatos homines addicant sibi, merces  
deq; conductios cooptent in contubernium: qui lesticas  
earum affectentur. Præcipue uero facere hoc ad cæterum  
cultum: & pompan, & uenustatem arbitrantur: si fama  
sit, eruditas eas esse, studijsq; Philosophie deditas, uero  
susq; facere, qui Sapphicis minime cedant. Idcircoq; illæ  
quoq; Rhetores, & Grammaticos, & Philosophos merce  
de conductos circumducunt. Hos itaq; nonnunq; audiunt  
sed quod ridiculum est, uel dum ornantur, uel dum capilo-  
los circumPLICANT uel in cena, aliter enim ocium huic non  
suppetit exercitio. Plerūq; uero euuenit: ut, dum interim Phi-  
losophus aliquid edisserit, Ancilla aduentans tabellas ab  
adultero porrigit. Sermones uero illi de temperantia tan-  
tisper intermittuntur: quoad illa mæcho rescripscerit, expe-  
stantes dum ad audiendum redeat. Si quando uero lon-  
go post tempore, Saturnalibus, uel Panathenæicis aduen-  
tantibus, uilis admodum umbella, uel pertrita Lacernatis  
bitrāsmittatur, tunc maxime insignis: & multiplex pom-  
pa ostentanda est. Primis itaq;, qui endierit Dominum

## LVCIANVS

et demandasse, præcurrens ut id nunciet ad te propere ues  
tit, mercede inq; nunciū non exiguum accepit. Mane vero  
tredecim aduentant, atq; horum unusquisq;, ut multa Do  
mino de te dixerit enarrat, ut submonuerit, atq; dato sibi  
diligendi negocio pulchriorem acceperit: donati omnes re  
greduntur, ob murmurantes etiam, q; plura non erogare  
ris. Salarium uero ipsum, per duos, & per quattuor obolos  
si poscas: & tedium, & importunus haberis: igitur ut id  
exigas. Hero quidā adulteris, supplexq; fias necesse est. Dis  
pensatoris uero fauor cōparandus, quod quidem aliud in  
super est seruitutis genus: neq; ille quidem negligēdūs est  
qui Herilium consiliorum particeps: quiq; amicus est. Ac  
deniq; quicquid acceperis, iam lacernarum Institori, uel  
Medico, uel cerdoni cuiquam debebatur: quare dona hac  
intempestiuā simul, & inutilia sunt: ex quibus tamen mul  
ta concitatur inuidia. Quinetiam calumniae tacitae suborū  
tur apud hominem. Qui ea que aduersus te dicuntur, iam  
libēter auscultet. Adiuxit enim te iam laboribus assiduis  
confectum: ac pene detritum, atq; ad obēunda seruitutis  
manū claudicantem, & iam defatigatum, ac deniq; poda  
grain tibi surrepentem. Atq; ut semel dicam, postea q; id  
quod in te maxime expetibile, & floridorum erat sibi des  
cerperit, & preciosissimum etatis fructum, & præcipuum  
corporis robur attruerit, teq; pānum inutilem, & ueluti  
fenestrellis pluribus adapertum reddiderit, circunspicit,  
qita ratione te projectum in finum deportet, aliumq; tibi  
uiribus ualidum, & tolerantis laboribus idoneum suffi  
ciat. Interim ergo, uel q; Puerulum etius tentaueris, uel q;  
hō etatis iam ingrauescentis, Heræ Ancillā virginē uicia

ueris, uel huiusmodi quidpiam infimulatus, noctu obnolus  
tus, praecepſq; datus extruderis, desertus ab omnibus, om-  
nium egenus bellam ipsam Podagram, in ea senectute cos-  
miten fortitus. Atq; mterim ea, quæ olim sciebas, tanta  
temporis interuallo dedidicisti, tum etiam uentrem saccue-  
lo maiorem effecisti: & malum improbum atq; inexorabile  
le perpetreris. Guttur enim illa quibus affuerat, expos-  
scit, eaq; obliuioni tradere non sine animi cruciatu potest.  
Quod si alterius cuiuspiam contubernium affectes, nemor-  
te recipiet, propterea q; equis senio confectis similis uidea-  
re: quorum neq; corium quidem satis utile sit. Quinetiam  
calumnia, que tibi de repudio iniusta est, maius quidpiam su-  
spicari facit, teq; uel Adulterum, uel ueneficum, uel quid  
huiusmodi iudicari. Accusator enim uel si taceat, fide ma-  
xime dignus habetur. Tu uero Gracus & moribus uersus  
tus, ac ad iniquitatem omnem prop̄fus: tales enim nos es-  
se putant, ac merito quidem. Videor quippe mihi cau-  
sam intellexisse, quamobrem de nobis ita sentiat. Complus-  
res enim eorum qui haec inueniunt contubernia, quod nihil  
aliud boni didicerint, uaticinationes, & ueneficia profitē-  
tur, conciliationem in rebus amatorijs, inimicos quoq; sibi  
allicere, ac suę ditionis facere profitentur: quorum se peri-  
tissimos asserentes, amicti pallijs incedunt: barbasq; haud  
quaq; aspernabiles nutriunt: unde fit, ut merito eandem de  
reliquis omnibus opinionem habeant: q; quos optimos arbit-  
rabantur, tales esse uideant. precipue uero eorum assen-  
tationem tam in cœnis, q; in quoctūq; alio negocio deprehē-  
dat atq; etiam seruilem lucri aviditatem: qua propter, &  
eos denitat: & odio prosequuntur & iure quidem optimo

## LVCIANVS

perquirūtq; oīno, qua rōne omnes funditus euertāt, si fir  
ti possit. Atq; hotum quidē rōnē afferunt: uereri se, ne oī  
culte illa suā naturā mysteria palam faciant: ut pote qā  
oīa explorauerit curiosissime, nudosq; ut fert, illos infpe  
xerint. hoc eos iugulat, Quippe quā sunt omnes pulchero  
rimis quibusdam libris perq; similes, quorum aurei sunt  
umbilici, purpureaq; membrana, qā a tergo est: intus ue  
ro uel Thiestes, qui filios depascitur: uel Oedipus, qui cū  
matre concubit, uel Tereus qui sorores duas simul cons  
stuprat. Huiusmodi sunt: et isti quoq; nitiq; , & indecens  
q; conspicui. intus uero sub purpura Tragœdiā multam  
asseruāt. Quod si eorum unumquēq; aperueris, & ex  
pliaueris, fabulam non parvam deprehendas Euripidis  
cuiuspiam, aut Sophoclis: quum tamen exteriora purpus  
ra nitescant, umbilicūq; auro splēdcent. Quorum quā sis  
bi sint consciū, eos præcipue oīiū. & insidijs insequūtur,  
siquis ab illis defecerit: Qui mores eorum optime calleat:  
ac ueluti Tragœdiā recitaturus, in uulgus haec oīa pro  
ferat. Libet uero mihi, quēadmodū Cebes ille fecit, pi  
cturationem quadā hmoī uile tuā describere. ut in eā aspe  
ctans. utrum ad eam te conferre debeas, agnoscas. Maxis  
me nero aliquo uel Apelle, uel Parrhasio, uel Actione, uel  
etiam Euphranore opus esset, ad hanc descriptionē, eas  
terum, quum fieri nequeat, ut excellentem adeo pictorem  
quēpiā inuiciemus, artemiq; adeo numeris omnibus abso  
lutam. nudam quodāmodo, quod fieri poterit, Imaginem  
tibi demonstrabo. Pingatur itaq; Vestibulum sublis  
me, anreūq; neq; quidē in humili terrestriq; loco, sed i ēdi  
to, procul a terra: in collis apice edificatum. Accessus lons

go diductus spatio, acclivisq; et anteeps lubricitate, ita ut qui plerumq; ad uerticem peruenisse sperarent, aberrante uel tantillum planta, ad imū usq; ceruice fracta, preci pitentur. Intus uero Opulentia statuat, aurea p̄sus: uti uidet, formosaq; admodū, et amabilis. Amator nero uix tandem appulsus, et foribus appropinquans ad aurum res spicis admirat. Inde spes suscipiat eū, facie illa quoq; nō inuenusta. uerficolorem tunicam induit, quae hanc in ingressu uehementer admirabundum: et obstupecentē introducat: praeiuāq; illi semper adsistat. Due mox aliae Mulierculæ. Fallacia quippe. et Serum ad se hominem recispiant, et Labori commendent Qui quā infelicem multis exercuerit modis Senectuti dedit: iā morbis obnoxius: et alio quodam colore uariatum. Postremo uero Cōtumelia hūc recipiat, et ad Desperationē trahat: Spes uero post hec abuulet: nūsq; amplius apparitura. Is uero: non per quas fores aureas ingressus fuerat: sed per posticum alias qd, et icognitū exitū extrudat, mudus: uētriculosis: squalidus: senex: leua quidam pudorem obtegens: dextera uero semet ipsum compladens. Penitenti uero egredienti obvia fiat, lachrymis, quemib; profuturæ sunt: perfusa: que miserum ad extremum usq; conficiat. Atq; hic esto pictura finis.

Tu uero o Timocles optime, iam ipse tecum diligenter examina. dispiceq;: utrum pulchrum extibi uideat. Qui ad Imaginē cā p̄ fores illas ingressus fueris. postrēcō p̄ alias turpiter adeo pessundari. Quicqd aut horū. et grediaris sapiētis dictū illud memineris. Deū quidem inculpabilem, culpam uero eligentis esse.

Emis.

Q. iiiij

DE MORT E  
Thomas Regazola.

Endimionem: lunae: phœbiq; duellum.  
Et castra amborum noscere quisquis auet.  
Scripta legat lucis multa uigilata lucerna:  
Exultisq; sales quos dedit ingenijs.  
Non poterunt non blandidulos afferre catchinos.  
Humanæ uites, squamiferumq; poecus.  
Tandem exanclatis tot casibus ut Iouenatus.  
Exxit arcadicis lucius ora feri.  
Postremo inuitus post tartara linquit amoenis  
Cecropios uates, Romuleosq; patres,

De morte carmen horrendum.

Qua mors lege capit: & magnos, atq; pusillo s.  
Nunc hos: nunc illos precipitando rapit,  
Pauperis & regis communis lex moriendi.  
Dat causam flendi si bene scripta legis.  
Gustato pomo nemo transit sine morte.  
Vado mori certa, & nihil certius illa  
Hora sit incerta, nec mora. uado mori.  
Vado mori festans alios festandus & ipse  
Ultimus & primus non ero: uado mori.  
Vado mori præful baculum: sandalia, mitram  
Nolens: siue uolens desero, uado mori.  
Vado mori monachus mundi moriturus amicis.  
Ut moriatur amor, ueh mihi, uado mori.  
Vado mori index; cum plures iam indicari

Iudicium mortis horreo: uado mori  
 Vado legista mori, quia fui defensor egenum  
 Causidicus causas defero: uado mori.  
 Vado mori logycus. alios concludere noui  
 Conclusis breuiter mors mihi: uado mori.  
 Vado mori medicus medicamine non redimendus  
 Quicquid agat medici potio uado mori.  
 Vado mori princeps, quid prodest gloria mundi  
 Vado mori miles belli certamine uictor  
 Sed mortem uincere nequeo uado mori.  
 Vado mori pugil doctus superare duello  
 Sed superare necem nescio uado mori.  
 Vado mori iuuenis, quia nil ualeat ipsa iuuentus  
 De nece me protegi nequeo, uado mori.  
 Vado mori senior iam finis temporis instat.  
 Iamq; patet mortis ianua: uado mori.  
 Vado mori sapiens, sed nec sapientia nouit  
 Mortis cautelas fallere, uado mori.  
 Vado mori stultus: mors stultos, nec sapienti  
 Non iungit pacis foderar: uado mori.  
 Vado mori diues, ad quid mihi copia rerum  
 Cum mortem nequeam pascere: uado mori.  
 Vado mori pauper: nil mecum defero mundo  
 Contempto mundo transeo: uado mori.  
 Vado mori pulcher iuif, mors ipsa decori  
 Vel fortune nescit parcere: uado mori.  
 Vado mori gaudens, non gaudeo tempore longo  
 Mundi dimitto gaudia: uado mori.  
 Vado mori cultor: collegi farris aceruos

## CARMEN HORRENDVM.

Quos ego pro nulli computo: uado mori.  
Vado mori miser: sententia dura.beato  
Grata mori: sequitur uiuere: uado mori.  
Vado mori cuius in cinerem & redditurus  
Ordine quo coepi defino: uado mori.  
Vado mori sperans per longum uiuere tempus  
Forte dies hec est ultima: uado mori.  
Vado mori nescio sed, quo uel quomodo: quando  
Me quocumq; loco uertero. uado mori.  
Vado mori cernens, q; mors cunctis dominatur  
Tensa uidens mortis retia uado mori.  
Vado mori miserere mei rex inclyte christe  
Omnia dimittens debita: uado mori.  
Vado mori sperans uitam sine fine manentem  
Spernens praesentem sic bene: uado mori.  
Annuat hoc munus qui regnat trinus & ianus  
Mors resecat: mors omnes necat quod carne creditur  
Mors fera: mors nequam: mors nulli percit & equum  
Cunctis dat legem: tollit cum paupere regem  
Hec tibi sunt menti carmen superare uolenti.

Opera Luciani oratoris argutissimi hac  
in tabula strictim per ordi-  
nem numeri sitas ex-  
quuntur.

Luciani de ueris narratio-		Luciani Diogenes.	82
nibus.	2	Luciani Terpfion.	83
Luciani de afno.	24	Luciani hercules	84
Luciani philosophorum us-		Luciani uirtus Dea.	85
te.	39	Luciani carmia i amore.	86
Luciani tyrānus.	38	Luciani Thimō.	87
Luciani Scipio.	55	Luciani de calumnia.	98
Luciani schaphidium.	57	Luciani laus musæ.	104
Luciani palinurus.	59	Luciani de aulicorum erū-	
Luciani Charon.	74	nis.	107

Registrum.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.

Hoc præclarum opus Luciani uiri undecimq; doctissimi,  
uariam ac multiplicē dicendi copiam complectens,

Guilhelmus huyon Lugdūn. Impressit dili-  
genterq; recognouit Anno dñi. M.

D.XIX. die uero. X.VIII.

mensis februarij.

Impensis honesti uiri Bartholomei

Trot Bibliopole Lugdūn.